



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Militia Sacra || Dvcvm Et Principvm || Brabantiaë,||

Molanus, Johannes

Antverpiae, [1592]

De sacra militia Ottonis secu[n]di Imperatoris. Cap. XXXVII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38114

catus Lotharingæ usque ad annum LXXVII. proximè sequentem successerit, non video alicubi notatum. Et fortassis Magnus Otto, eiusq̄ filius Otto secundus, per hos annos Ducatum sibi reseruarunt. Siquidem Otto totam Lotharingiam sibi subiugauerat: quod Urspergensis Abbas notauit ad annū 1000. XLVI. & Sigebertus ad annum sequentem.

De sacra militia OTTONIS secūdi Imperatoris.

C A P. X X X V I I.

*Hic unū cre-
auit Brabā-
niæ Ducem.*

OTTO secundus, Magni filius, patri in Imperio successit, qui Theophaniam, sororem Ioānis Græciæ Imperatoris, vxorē duxit.

Hic prima militiæ tyrocinia patre viuo magna cum laude fecit in bello contra Græcos & Sarracenos in Italia vltiore, quos tota p̄nè Calabria & Apulia eiēcit: Sarracenis quidem, qui recens Consentiam nec opinato aduentu oppressam receperant, & cum Græcis societatem inierant, partim cæsis, partim dissipatis.

Et quanquam præclarè sese habuerint initia, tamen quæ sub Imperio secuta sunt, principis non responderunt.

Nam postea Basilius & Constantinus Imperatores, fratres Theophaniæ, cum superatis prosperè in Syria, atque ex Creta etiam insula exturbatis Sarracenis, Ottonem domesticis bellis distineri comperissent; conductis pecunia ad belli societatem Sarracenis Siculis,

lis, Apuliam omnem & Calabriam recupera-
runt, quas Nicephorus nuper amiserat. Has
Otto repetiturus vt suas prouincias, coëgit
copias vniuersas Germanicas & Italicas. Sed
infelicissimè ac atrocissimè pugnauit, mira-
biliter tamen ex manibus hostium euasit.

Itaque Otto cum exercitum & Imperium
panè amisisset, diuinitus suis redditus, disie-
ctas dilapsasque reliquias, quantum potuit,
collegit, bellum instauraturus: in quo cum
nonnulli scribunt Sarracenos auxiliares ad
internecionem deleuisse, indeque adeptum
esse cognomentum, vt vocaretur Pallida
mors Sarracenorum.

*De CAROLO Duce Lotharingia sub Otto-
ne secundo.*

C A P. XXXIX.

OTTO NE Imperatore, Lotharius Fran-
corum Rex Lotharingiam armis repe-
tijt. Sed Otto II, instructissimo exercitu po-
pulabundus ad ipsam vsque Parrhisorum vr-
bem penetrauit, & Lotharingiam receptam,
Germanie copulatam, sed tractuum quorun-
dam auulsione diminutam, quos Episcopis
Coloniensi & Leodiensi attribuit, Carolo
fratri Lotharij Regis donauit, ea tamen lege
vt beneficio Imperatoris tanquam prouin-
ciam Germaniæ possideret. Ducatus Lo-
tharingia, ait Sigebertus, datur anno 10000.
LXXVII. Carolo fratri Lotharij Regis Fran-
E corum,

VII. Brabā-
tie Dux be-
neficiarius.